

CUIUS SUPRA AD EPISCOPOS ITALIAE¹ DIRECTA DE ORDINATIONE
 ARCHIEPISCOPORUM² ET RELIQUORUM EPISCOPORUM ATQUE SACERDOTUM ET
 DE FIDE CETERISQUE³ CAUSIS.

[H. 18] Anacletus episcopus universis episcopis in Italia constitutis.

5 Quoniam apostolicae sedis debitam reverentiam⁴ erga me caritas vestra distribuit, quia plurimum,
 carissimi filii⁵, praeuistis - nam licet⁶ ecclesiae, in qua sanctus apostolus residens docuit,
 quodammodo⁷ nos gubernacula teneamus, tamen profitemur⁸ nos honore et sanctitate minores esse
 et propterea omnino festinamus, ut ad gloriam eius beatitudinis pervenire possimus - igitur
 consultationibus⁹ vestris plenius responderemus, si licuisset, sed¹⁰ infirmitatis ac reliquarum
 10 oppressionum onere pressi, breviter, prout dominus tribuit¹¹, ut a beato Petro principe
 apostolorum¹² sumus instructi, a quo et presbyter sum ordinatus, scribere vobis, sicut petistis, non
 denegavimus¹³.

Ordinationes¹⁴ episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia
 episcopis¹⁵, sunt¹⁶ celebrandae. Qui simul convenientes scrutinium¹⁷ diligenter agant ieiuniumque cum
 15 omnibus precibus celebrent et manus cum sanctis evangelii, quae praedicaturi sunt, imponentes

Quellen:

4-8: *Quoniam possimus*, Cass. hist. trip. IX. 15.

11: *a quo - ordinatus*, Vita Anaclet. in libr. pontific. c. 2.

14f.: *Ordinationes - celebrandae* sec. c. 4. conc. Nic. Cf. Ioann. III.

Rezeption:

13f.: *Ordinationes - celebrandae*: Gratian D. LXIV, c. 2 (s. auch 18-20).

13-18: *Ordinationes - ordinationem*: Ivo, Pan. III,12 (18: *ordinationem*] *ordinem* 16f.: *capita - more*] *capite urgentium eos more*): Gratian D. LXXV, c. 1 (15: *quae - sunt* fehlt; 16f.: *capita - more*] *capite perurgentium eos more*).

13-24: *Ordinationes - celebretur*: Ps.-Remedius c. 11; Burchard I,15 (19: *precibus*] *precibus et scriptis*); Bonizo II,24 (19: *precibus*] *precibus et scriptis*); Ivo, Decr. V,69 (19: *precibus*] *precibus et scriptis*).

13-27: *Ordinationes - potest*: Sentenzen c. 160 (26: *scilicet* fehlt); Anselm v. Lucca VI,45 (26: *scilicet* fehlt). Polycarpus II,8,1.

¹ ITALIAE korr. aus ITALI O93

² ARCHIEPISCOPORUM ET RELIQUORUM fehlt I83; VD38

³ CETERISQUE korr. aus CERISQUE VD38

⁴ am Rande honorem VD38

⁵ filii fehlt N442

⁶ am Rande quamvis VD38

⁷ quodammodum VD38

⁸ am Rande manifestemur VD38

⁹ am Rande interpretationibus VD38

¹⁰ sed fehlt VD38

¹¹ tribuit] tribuit et O93; distribuit I83

¹² apostolorum fehlt I83; VD38

¹³ negabimus VD38

¹⁴ am Rande De ordinatione episcoporum O93

¹⁵ episcopis fehlt I83

¹⁶ sunt fehlt VD38

¹⁷ interlinear inquisitionem VD38

dominica die hora tertia orantes sacraque unctione exemplo prophetarum et regum capita eorum more apostolorum et Moysi unguentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto est chrismati permixta, et hoc ritu¹⁸ solemnem celebrent ordinationem. Quod si omnes simul convenire minime poterint¹⁹, assensum tamen suis precibus praebeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint²⁰. Porro et Hierosolimitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur, et secundum carnem domini²¹ nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo et Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, ut minus quam a tribus episcopis reliquisque omnibus assensum²² praebentibus nullatenus episcopus ordinetur et communi²³ voto ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii²⁴ sacerdotes assensum praebeant et ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum²⁵ autem graduum distributio trium veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere potest²⁶.

Quellen:

20f.: *Porro - dicebatur*, conc. Nic. praefat. in cod. Quesnell. (Leon. M. op. ed. Baller. 3, 24). Cf. Annic. 1.

22-24: *ut minus - celebretur* sec. c. 4. conc. Nic. Cf. Annic. 1, Ioann. III. pp. ep.

24-26: *Reliqui - ordinentur* sec. c. 22. conc. IV. Carth.

Rezeption:

18-20: *Quod - desint*: Gratian D. LXIV, c. 2 (s. auch 13f.).

19-24: *si - celebretur*: Pan. III,17.

20-24: *Porro - celebretur*: Gratian D. LXVI, c. 2.

22f.: *minus - ordinetur*: Deusdedit II,36 (s. auch 135f.; 24-27).

24-26: *Reliqui - ordinentur*: Coll. Ans. ded. IV,3.

24-27: *Reliqui - potest*: Deusdedit II,36 (s. auch 22f.; 135f.); Gratian D. LXVII, c. 1.

¹⁸ *am Rande* consuetudine VD38

¹⁹ potuerint I83; VD38

²⁰ desint korr. aus desinit VD38

²¹ domini fehlt VD38

²² ascensum VD38

²³ communi voto] communiter VD38

²⁴ aliis I83

²⁵ Ceterorum autem graduum distributio trium veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere potest *fehlt* I83; VD38

²⁶ possunt V630

[H. 19] Accusatio²⁷ quoque²⁸ eorum, super²⁹ qua nos consulere³⁰ voluistis, non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus³¹ careant, fieri debet³², quia dominus sacri sui
 30 corporis tractatores a vilibus et reprobis ac non idoneis personis infamari noluit nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit. Unde liquet³³, quod summi sacerdotes, id est episcopi, a deo sunt iudicandi, non ab humanis aut pravae vitae hominibus lacerandi, sed potius ab³⁴ omnibus³⁵ fidelibus portandi ipso³⁶ domino exemplo³⁷ dante, quando per seipsum et non per alium vendentes et ementes eiecit³⁸ de templo et mensas³⁹
 35 nummulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos⁴⁰ discernit. Et alibi: Ego⁴¹ dixi: Dii estis et filii excelsi omnes. Nullus enim, ut reor⁴², invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio

Quellen:

28: *ab idoneis*, int. c. 13. C. Th. XI. 39. Cf. Telesf. 4, Iul. 12.

28-36: *et probatissimis - discernit*, Ben. II 381 (*virī probatissimi*). 362, c. 13. Angilr., Ben.III. 441. (cap. eccles. a. 789. c. 45, Isid. sent. III. 39. no. 5). Cf. Pii 4, Iul. 16, Euseb. 9.

36f.: *Ego - omnes*, Ps. LXXXI. 6.

Rezeption:

28-31: *Accusatio – eiecit*: Ivo, Pan. IV,58.

28f.: *Accusatio – debet*: Deusdedit IV, 303 (28: *Accusatio – voluistis*] *Accusationes sacerdotum*) (s. auch voriger Brief 63-65).

28-33: *Accusatio – portandi*: Ps.-Remedius c. 12.

28-34: *Accusatio – templo*: Ivo, Decr. V,238 (34: *templo*] *templo sacerdotes*) (s. auch 37-39; 44; 55-59; 71-79); Gratian C. II, q. 7, c.15 (s. auch 37-39; 44; 55-59; 71-79).

28-36: *Accusatio – discernit*: Anselm v. Lucca III,32; Polycarpus V,1,41 (36: *ait*] *legitur*).

28-37: *Accusatio – omnes*: III,43,

28-46: *Accusatio – subiacet*: Coll. Ans. ded. III,37.

37-39: *Nullus – eo*: Ivo, Decr. V,238 (s. auch 28-34; 44; 55-59; 71-79); Gratian C. II, q. 7, c.15 (s. auch 28-34; 44; 55-59; 71-79).

²⁷ *am Rande* De non accusandis episcopis O93; N442; Vor Accusatio Rubrik DE NON ACCUSANDIS EPISCOPIIS VD38

²⁸ quoque eorum] eorum quoque V630

²⁹ super] super de VD38

³⁰ *am Rande* hic agant VD38

³¹ *am Rande* peccatis VD38

³² debet korr. aus debent VD38

³³ *am Rande* manifestum est VD38

³⁴ ab fehlt I83

³⁵ hominibus V630

³⁶ ipso domino exemplo] exemplo ipso domino N442; ipso domino exemplum VD38

³⁷ exemplum VD38

³⁸ eieci I83

³⁹ menses V630

⁴⁰ deus N442; I83

⁴¹ Ego dixi korr. aus Ego N442

⁴² *am Rande* arbitror VD38

quam⁴³ a se iudicari⁴⁴. Quod⁴⁵ si praesumptum fuerit, aut multa ipsa⁴⁶ indignatione⁴⁷ irascitur aut potius ultionem⁴⁸ quaerit super eo. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet deus
 40 deorum et dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre⁴⁹ ⁵⁰ servorum? Unde et ipse per prophetam loquitur dicens: Deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit, et reliqua. Et apostolus inquit: Tu, quis es, qui iudicas servum alienum? Suo enim domino stabit⁵¹ aut cadit⁵². Et ipse: Nolite iudicare in⁵³ invicem, sed hoc⁵⁴ iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Et dominus per prophetam inquit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.
 45 Nam si aliquis nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare, manifeste reus maiestatis iudicatur et infamis⁵⁵ efficitur aut potius capitali sententiae⁵⁶ subiacet.

Haec, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri, deo deorum non debent inferre⁵⁷, ne forte irascatur dominus et faciet⁵⁸ vindictam eorum etiam in eos, qui non peccaverunt⁵⁹, quia perit saepissime iustus pro impio. Imitandus⁶⁰ est etiam propheta, per quem

Quellen:

- 41: *deus - egit*, Ps. XCIII. 1.
 42f.: *Tu - cadit*, Rom. XIV. 4.
 43f.: *Nolite iudicare — vel scandalum*, Rom. XIV. 13.
 44: *Qui – mei*, Zach. II. 8.
 45f.: *Nam - subiacet*, cf. Alex. 5.
 49: *quia - impio*, Ben. II. 370. (I Petr. III. 18). Sixt. I. pp. 4, Greg. M. ad Fel.

Rezeption:

- 44: *Et dominus – mei*: Ivo, Decr. V,238 (44: *Et] Unde et*) (s. auch 28-34; 37-39; 71-79) Gratian C. II, q. 7, c.15 (44; *Et] Unde et*) (s. auch 28-34; 37-39; 55-59; 71-79).

⁴³ quam] qua nisi VD38

⁴⁴ iudicant VD38

⁴⁵ Quod si korr. aus Quod N442

⁴⁶ ipse V630

⁴⁷ indignationem VD38

⁴⁸ am Rande vindictam VD38

⁴⁹ am Rande prolongare VD38

⁵⁰ differre korr. aus deferre V630

⁵¹ stat korr. aus stabit V630; stat VD38

⁵² cadet I83

⁵³ in fehlt V630

⁵⁴ hoc fehlt I83

⁵⁵ am Rande reprobabilis vituperabilis VD38

⁵⁶ sententia I83

⁵⁷ inferri V630; N442

⁵⁸ faciat N442

⁵⁹ peccaverunt] peccaverunt ut I83

⁶⁰ Imitandus korr. aus imatandus I83

50 dominus ait: Perambulabo in simplicitatem⁶¹ cordis mei, in medio domus meae, non proponebam
 coram oculis verbum os Belial, detrahentem⁶² in abscondito sodalem⁶³ suum, hunc interficiebam. Et
 hi⁶⁴ cavendi sunt, e⁶⁵ quibus Salomon ait: Sicut noxius⁶⁶ est, qui mittit lanceas et sagittas et⁶⁷
 mortem, sic vir, qui fraudulenter⁶⁸ nocet amico suo, et cum fuerit depraehensus⁶⁹, dicit⁷⁰: Ludens
 feci. Sicut carbones ad prunas et⁷¹ ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas, verba
 55 susurronis⁷² quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris. Et si detractores quorumque⁷³
 graviter iudicantur⁷⁴ et in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores et detractores atque⁷⁵
 accusatores memoratorum eius famulorum atque persecutores damnantur, et in baratrum⁷⁶, nisi se
 correxerint et per eorum satisfactionem condignam egerint⁷⁷ poenitentiam, indubitanter vadunt et
 vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere et non solum non⁷⁸ facere,
 60 sed nec facientibus⁷⁹ consentire⁸⁰, quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt
 facientibus. De talibus et his similibus ipsa veritas ait: Vulpes foveas⁸¹ habent et volucres caeli

Quellen:

50f.: *Perambulo - interficiebam* sec. Ps. C. 2. 3. 5.

52-55: *Sicut - ventris*, Prov. XXVI. 18. 19. 21. 22.

60.: *quia - facientibus*, Ben. III. 261. 386. (Rom. I. 32). Cf. Alex. 6, Telesf. 3, Pii 8, Fab. 6, Luc. 7, Iul. 10, Pelag. II. pp. ep. 1.

61f.: *Vulpes - reclinet*, Matth. VIII. 20. Luc. IX. 58.

Rezeption:

55-59: *si - exuruntur*. Ivo, Decr. V, 238 (s. auch 28-34; 37-39; 44; 71-79); Gratian C. II, q. 7, c. 15 (s. auch 28-34; 37-39; 44; 71-79.).

⁶¹ simplicitate I83; VD38

⁶² Drahentem O93

⁶³ am Rande socium VD38

⁶⁴ hi fehlt I83

⁶⁵ de VD38

⁶⁶ am Rande nocivus VD38

⁶⁷ ad VD38

⁶⁸ fraudulenter VD38

⁶⁹ depraehensus dicit] depraehensus dicit korr. aus depraehensus VD38

⁷⁰ dicit fehlt O93; N442

⁷¹ ac I83

⁷² am Rande secreti detractoris VD38

⁷³ am Rande singulorum VD38

⁷⁴ vindicantur I83

⁷⁵ aque I83

⁷⁶ am Rande foveam VD38

⁷⁷ egerit I83

⁷⁸ non fehlt N442; I83; VD38

⁷⁹ facientibus korr. aus facientibus V630

⁸⁰ assentire I83

⁸¹ foveas korr. aus foves VD38

nidos, filius⁸² autem hominis non habet, ubi caput reclinet, id est, in talibus non habitat dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur dicens: Qui fodit foveam, incidet in eam, et qui volvit lapidem, revertitur ad eum⁸³. Lingua fallax⁸⁴ non amat veritatem, et os lubricum⁸⁵ operatur ruinas.

65 Grave est saxum et⁸⁶ onerosa arena, sed ira stulti utraque⁸⁷ gravior. Hominem, qui calumniatur animae, sanguinem, si⁸⁸ usque ad lacum⁸⁹ ⁹⁰ fugerit⁹¹, nemo sustinet⁹², qui se iactat⁹³ et dilatat, iurgia concitat, qui sperat in domino, sanabitur⁹⁴, qui confidit in corde suo stultus⁹⁵ est, qui autem graditur⁹⁶ sapienter, ipse salvabitur. Qui fortiter premit ubera ad⁹⁷ eliciendum lac, exprimit butirum⁹⁸, qui vehementer emulgitur⁹⁹, elicit¹⁰⁰ sanguinem, et¹⁰¹ qui¹⁰² provocat iras¹⁰³, producit

70 discordias.

[H. 20] Haec¹⁰⁴ et alia perpericulosa¹⁰⁵ considerantes apostoli statuerunt, ne facile¹⁰⁶ commoverentur

Quellen:

63-70: *Qui - discordias*, Prov. XXVI. 27. 28. XXVII. 3. XXVIII. 17.25.26 XXX.33.

Rezeption:

71-75: *Haec – agnoverint*: Coll. Ans. ded. III,38.

71-79: *Haec – funguntur*: Ivo, Decr. V,238 (s. auch 28-34; 37-39; 44; 55-59); Gratian C. II, q. 7, c.15 (s. auch 28-34; 44; 55-59).

⁸² filius *korr. aus* filios N442

⁸³ eum *korr. aus* eam V630

⁸⁴ fallax non *korr. aus* fallax N442

⁸⁵ *am Rande* instabile VD38

⁸⁶ et *fehlt* I83

⁸⁷ utraque] in utroque *korr. aus* utraque V630; utroque I83; VD38

⁸⁸ si usque] *suisque* N442; VD38

⁸⁹ laqueum *am Rande* captionem perdicionem VD38

⁹⁰ laqueum VD38

⁹¹ fuerit VD38

⁹² suscitet I83

⁹³ *am Rande* laudat gloriatur VD38

⁹⁴ salvabitur VD38

⁹⁵ stultus *korr. aus* sultus VD38

⁹⁶ *am Rande* ambulat VD38

⁹⁷ *am Rande* ad succipiendum VD38

⁹⁸ batirum V630

⁹⁹ emulgetur VD38

¹⁰⁰ *am Rande* exprimit educit VD38

¹⁰¹ et qui *korr. aus* et N442; V630

¹⁰² qui *fehlt* VD38

¹⁰³ iras] iras et VD38

¹⁰⁴ *Vor Haec Rubrik* ORDO ACCUSATIONIS V630

¹⁰⁵ periculosa V630

¹⁰⁶ facilem I83

aut lacerarentur¹⁰⁷ vel accusentur¹⁰⁸ columnae sanctae¹⁰⁹ dei ecclesiae, quae apostoli et successores eorum non immerito dicuntur. Sed¹¹⁰ si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus¹¹¹ fuerit aut causas habuerit, prius ad eos recurrat¹¹² caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quae sananda sunt, et caritative emendent¹¹³, quae iuste emendanda agnoverint¹¹⁴. [H. 21] Si autem aliqui eos, priusquam haec¹¹⁵ egerint, lacerare, accusare aut infestare^{116 117} praesumpserint¹¹⁸, excommunicentur et minime absolvantur, antequam per satisfactionem, ut iam dictum est, condignam egerint poenitentiam, quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione¹¹⁹ funguntur. Nec hoc mirum, quia¹²⁰, si quisquam¹²¹ nostrum cuidam suorum legationem iniungeret, et a quoquam impediretur aut subditorum¹²² suorum dispiceretur¹²³, mox indignatus irasceretur, aut¹²⁴ talia, prout potuerit¹²⁵, vindicaret et ad iniuriam ac contumeliam sui hoc factum reputaret et¹²⁶ talionem¹²⁷, si in praesenti non poterit¹²⁸, futuris temporibus redderet. Nam¹²⁹, si in hominum causa haec fiunt, quid putatis, deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit? Unde et

Quellen:

72: *columnae - ecclesiae*, conc. Par. a. 820 lib. I. c. 4. aut Ben. I. 315. Cf. Zeph. 5, Sixt. II. pp. 4, Iul. 18, Fel. IV. pp. ep. 1, Pelag. II. pp. ep. 3.

73-77: *Sed - -excommunicentur*, Ben. II. 381. c. 1. Angilr. (c. 17. conc. V. Aurel.). Cf. Sixt. II. pp. 5, Iul. 12.

78f.: *quoniam - funguntur*, Ben. III. 462. (conc. Aquisgr. a. 836. C. III c. 7. et II Cor. V. 20). Cf. supr. 3, Evar. 6, Luc 2, Euseb. 17, excerpt. Silv. 8, Dam. 19. (Greg. M. ep. ad Fel.).

83: *qui - dixerit*. Act. XXVII. 34.

Rezeption:

73-79: *si - funguntur*. Ps-Remedius (73: *eos*] *sacerdotes*); Sentenzen c. 70; Anselm v. Lucca III,36; Ivo, Pan. IV,34; Polycarpus V,1,5.

75-83: *Si - dixerit*: Coll. Ans. ded. III,39.

¹⁰⁷ lacerarentur *korr. aus* lacerentur V630

¹⁰⁸ accusarentur V630

¹⁰⁹ sancti VD38

¹¹⁰ Sed *si korr. aus* sed V630

¹¹¹ *am Rande* excitatus VD38

¹¹² recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quae sananda sunt, et *korr. aus* recurrat VD38

¹¹³ emendet VD38

¹¹⁴ agnoverit VD38

¹¹⁵ haec egerint] egerint haec V630

¹¹⁶ *am Rande* persequi VD38

¹¹⁷ *am Rande* Ut hi excommunicentur qui contra episcopos nequiter egerint I83

¹¹⁸ presumpserint *korr. aus* presumpserit I83

¹¹⁹ legationem I83

¹²⁰ quia *fehlt* V630

¹²¹ quisque V630

¹²² subiestorum I83

¹²³ despiceretur V630

¹²⁴ ut VD38

¹²⁵ poterat I83

¹²⁶ et *fehlt* I83; VD38

¹²⁷ *am Rande* vindictam VD38

¹²⁸ posset *korr. aus* poterit V630; poterat I83

¹²⁹ *Vor Nam Rubrik* QUID SIT TALIO V630 (*durch Unterstreichung gelöscht*)

dominus per Naum prophetam loquitur dicens: Deus aemulator¹³⁰ et ulciscens dominus, ulciscens
 85 dominus et habens furorem, ulciscens¹³¹ dominus in hostes suos et irascens ipse inimicis suis. Ante
 faciem indignationis eius, quis stabit, et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est
 sicut ignis, et petrae dissolutae sunt ab eo. Bonus est dominus et confortans in die tribulationis et
 sciens sperantes in se, et reliqua¹³². Quaedam autem ex his iam aliis fratribus scripsimus, quae
 totiens sunt replicanda, quotiens fuerint¹³³ necessaria.

90 Eiectionem¹³⁴ 135 quoque, ut supra memoratum est, summorum sacerdotum sibi dominus reservavit,
 licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritalibus populis concessisset. Electionem enim
 illorum taliter apostolus fieri iubet: Si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem¹³⁶
 fideles, non in accusatione¹³⁷ luxuria, aut non subditos, et reliqua. [H. 22] Si enim sine crimine
 sacerdos eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus¹³⁸ criminibus irretitis¹³⁹ accusari aut calumniari
 95 permittitur, nec ab aliis quam ab¹⁴⁰ his, qui sine crimine sunt, et iusta¹⁴¹ electione, si necessitas
 fuerit¹⁴², aut ipsi volendo domino servire elegerint sacerdotesque¹⁴³ sine crimine fieri¹⁴⁴ et ordinari
 possint, et tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes¹⁴⁵ iubentur.

Quellen:

84-88: *Deus - se*, Nah. I. 2. 6.7.

90-93: *Si - reliqua*, Tit. I. 6.

94f.: *nullatenus - permittitur*, c. 8. conc. Carth. (D.) aut Ben. III. 85. Cf. Fab. 13, Euseb. 3. (Pont. 3, Fab. 26, Steph. 2, 11, Fel. II. pp. 12. xv., Sixt. III. pp.).

Rezeption:

90f.: *Eiectionem – concessisset*: Ivo, Decr. V,238 (s. auch 28-34; 37-39; 44; 55-59; 71-79); Gratian D LXXIX, c. 11.

90-93: *Eiectionem – reliqua*: Polycarpus II,1,1 (90: *Eiectionem*] *Electionem*)

94-97: *Si – iubentur*: Coll. Ans. ded. III,40; Gratian C. VI, q. 1, c. 1 (95f.: *si – et*] *sacerdotes*).

¹³⁰ *am Rande indignans VD38*

¹³¹ *ulciscens korr. aus ulciscen VD38*

¹³² *reliqua. Quaedam autem ex his iam aliis fratribus scripsimus, quae totiens sunt replicanda, quotiens fuerint necessaria korr. aus reliqua O93*

¹³³ *fuerunt I83; fuerint korr. aus fuerit VD38*

¹³⁴ *Electionem VD38*

¹³⁵ *am Rande De electione episcoporum VD38*

¹³⁶ *habentes O93; I83*

¹³⁷ *accusationem I83*

¹³⁸ *omnibus I83*

¹³⁹ *am Rande conligatis VD38*

¹⁴⁰ *ad VD38*

¹⁴¹ *iuxta I83*

¹⁴² *fuerit korr. aus fierit VD38*

¹⁴³ *sacerdotesque] sacerdotes quae I83*

¹⁴⁴ *fieri VD38*

¹⁴⁵ *sacerdos I83*

Porro¹⁴⁶ et Moysi praecipitur, ut eligat¹⁴⁷ presbyteros, unde et in proverbii dicitur: Gloria senum canicies. Haec vero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est: Canicies hominum prudentia
 100 est. Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines
 legerimus¹⁴⁸, nullus alius primus appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham qui multo
 paucioribus vixisse annis¹⁴⁹ convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter
 sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedech prior
 obtulerit sacrificium¹⁵⁰, et post hunc Abraham¹⁵¹, Isaac¹⁵² et Iacob. Sed hi spontanea voluntate,
 105 non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. [H. 23] Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen
 accepit primusque pontificali stola indutus victimas obtulit iubente domino ac loquente ad Moysen:
 Accipe, inquit, Aaron et filios eius¹⁵³, et applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque
 laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineam¹⁵⁴ et tunicam¹⁵⁵
 superhumerali¹⁵⁶ et rationale¹⁵⁷, quod constringes balteo, et pones tiaram in capite eius et laminam
 110 sanctam super tiaram, et oleum unctionis¹⁵⁸ fundes super caput eius, atque hoc¹⁵⁹ ritu
 consecrabitur domino. Filios quoque illius applicabis et indues tunicis lineis, cingesque balteo,
 Aaron scilicet¹⁶⁰ et liberos eius, et impones¹⁶¹ eis mitras, eruntque sacerdotes mei religione

Quellen:

98-103: *Porro - nominantur*, Isid. de off. II. 7. no. 4. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 8.

103-126: *Initium - episcopi*, Isid. de off. II. 7. no. 1-3.5.6. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 9.

Rezeption:

98-103: *Porro – nominantur*. Anselm v. Lucca VII,84 (98: *presbyteros*] *presbyteros od est seniores*); Deusdedit II,35 (98: *presbyteros*] *presbyteros od est seniores*); Ivo, Decr. VI,25 (98: *presbyteros*] *presbyteros od est seniores*); Gratian LXXXIV, c. 6 (98: *presbyteros*] *presbyteros od est seniores*).

98-105: *Porro – fecerunt*: Coll. Ans. ded. III, IV,23; Burchard II, 5 (98: *presbyteros*] *presbyteros od est seniores*).

¹⁴⁶ *am Rande* Quod non liceat ulli accusare episcopum nisi talis fuerit ut episcopus fieri possit VD38

¹⁴⁷ *eligat korr. aus ieligat I83*

¹⁴⁸ *legimus VD38*

¹⁴⁹ *annos I83*

¹⁵⁰ *sacrificium] sacrificium deo VD38*

¹⁵¹ *Abraham] abraham et I83*

¹⁵² *iasaac VD38*

¹⁵³ *eius fehlt VD38*

¹⁵⁴ *linea VD38*

¹⁵⁵ *tunicam] tunicam et V630; tunica et I83; tonica et VD38*

¹⁵⁶ *superhumerali I83; VD83*

¹⁵⁷ *rationali I83; VD38*

¹⁵⁸ *occionis I83*

¹⁵⁹ *am Rande* hoc modo et consuetudine VD38

¹⁶⁰ *scilicet] si licet I83*

¹⁶¹ *inponas O93; VD38*

perpetua. Quo loco contemplari¹⁶² oportet Aaron summum sacerdotem, id est episcopum¹⁶³, fuisse, porro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum
 115 sacerdotem et filios eius, qui¹⁶⁴ sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat
 poderem¹⁶⁵, stolam sanctam et coronam auream, mitram¹⁶⁶ et zonam auream et superhumerales¹⁶⁷
 et reliqua, quae praefixa sunt. Filii autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et tiarati
 assistebant sacrificio¹⁶⁸ domini.
 [H. 24] In¹⁶⁹ novo autem testamento post Christum dominum nostrum a Petro sacerdotalis coepit
 120 ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est dicente domino ad eum: Tu es,
 inquit¹⁷⁰, Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam¹⁷¹ meam, et portae inferi non
 praevalent adversus eam¹⁷², et tibi dabo claves regni caelorum. Hic ergo ligandi solvendique
 potestatem primus accepit a domino, primusque ad fidem populum gratia dei¹⁷³ virtute suae
 praedicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eodem pari¹⁷⁴ consortio honorem et potestatem
 125 acceperunt ipsumque principem eorum esse voluerunt. Qui etiam iubente domino in toto orbe
 dispersi evangelium praedicaverunt. Ipsis quoque decedentibus in loco eorum successerunt episcopi,
 quorum ordinatio praetaxato¹⁷⁵ ¹⁷⁶ fieri debet ordine et modo, quos, qui recipit et verba eorum,
 deum recipit. Qui autem eos spernit, eum, a quo missi sunt, et cuius funguntur legatione, spernit

Quellen:

128: *Qui - spernit* sec. Luc. X. 16.

Rezeption:

135f.: *idcirco – credentium*: Deusdedit II,36 (s. auch 22f.; 24-27).

105-118: *Ceterum – domini*: Coll. Ans. ded. II,2.

119-123: *In – domino*: Deusdedit I,60 (*autem* fehlt); Bonizo IV,50 (*autem* fehlt).

119-124: *In – adduxit*: Coll. Ans. ded. I,2. Burchard I,1; Anselm v. Lucca I,1 (*autem* fehlt).

119-132: *In – ecclesia*: Ivo, Pan. III,82 (*autem* fehlt); Gratian D. XXI, c. 2 (*autem* fehlt).

119-132: *In – sufficiat*: Ivo, Decr. V,1 (*autem* fehlt).

¹⁶² *am Rande* considerare VD38

¹⁶³ episcopum *korr. aus* episcopum I83

¹⁶⁴ qui] qui et ipsi I83; qui et VD38

¹⁶⁵ podere I83

¹⁶⁶ mitra O93

¹⁶⁷ superhumerales I83

¹⁶⁸ sacrificium I83; VD38

¹⁶⁹ *am Rande* Quod in novo testamento a petro cepit ordo sacerdotalis VD38

¹⁷⁰ inquit *fehlt* VD38

¹⁷¹ ecclesiam meam *korr. aus* ecclesiam V630

¹⁷² eum I83

¹⁷³ die] dei et VD38

¹⁷⁴ *am Rande* simili VD38

¹⁷⁵ *am Rande* praescripto VD38

¹⁷⁶ praetaxato *korr. aus* pretextato V630

et ipse indubitanter spernetur a domino. Videntes autem ipsi apostoli messem esse multam et
 130 operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam. Unde electi
 ab eis sunt¹⁷⁷ septuaginta discipuli, quorum typum gerunt presbyteri atque in¹⁷⁸ eorum loco sunt
 constituti in ecclesia, de quorum ordinatione et reliquorum ministrorum supra dixisse sufficiat.
 [H. 25] Porro¹⁷⁹ quod episcopus non ab uno, sed a cunctis consensu aut¹⁸⁰ praesentia¹⁸¹
 comprovincialium est ordinandus, et nullatenus minus quam¹⁸² a tribus ceteris consentientibus
 135 cunctis, idcirco instituentem domino fieri iubetur, ne aliquid contra fidem ecclesiae unius tyrannica¹⁸³
 auctoritas moliretur¹⁸⁴ et regula vel fides confunderetur credentium¹⁸⁵.
 [H. 26] Provinciae¹⁸⁶ autem multo ante Christi adventum tempore divisae sunt maxima ex parte et
 postea ab apostolis et beato Clemente praedecessore nostro ipsa divisio est renovata et in capite
 provinciarum, ubi dudum primates legis¹⁸⁷ erant saeculi ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui
 140 per reliquas civitates commorabantur, quando eis¹⁸⁸ necesse erat¹⁸⁹, qui ad aulam imperatorum vel
 regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant¹⁹⁰ pro oppressionibus
 vel iniustitiis suis ipsosque appellabant, quotiens opus erat, sicut in lege eorum praeceptum erat.

Quellen:

129f.: *Videntes - suam*, Luc. X. 2.

130-132: *Unde - ecclesia*, sec. c. 13. conc. Neocaes. Cf. infr. c. 28, Dam. de corep.

133-136: *Porro - moliretur*, Isid. de off. II. 7. no. 5. 11. i. f. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 9.

Rezeption:

130-132: *electi – sufficiat*: Ivo, Decr. VI,44 (131: *eis*] *apostolis*).

137-149: *Provinciae – fruerentur*: Gratian D. XCIX, c. 1

137-155: *Provinciae – terminentur*: Ivo, Decr. V,53; Ivo, Pan. IV,23.

137-165: *Provinciae – sequentes*: Coll. Ans. ded. I,73

¹⁷⁷ sunt fehlt N442; I83; VD38

¹⁷⁸ in fehlt I83

¹⁷⁹ am Rande Rubrik De episcopis, primatibus et patriarchis eorumque ministerio I83

¹⁸⁰ aut korr. aus et O93

¹⁸¹ prescientia V630

¹⁸² quam a korr. aus quam N442

¹⁸³ am Rande crudelis VD38

¹⁸⁴ am Rande Praepararet conaretur VD38

¹⁸⁵ credentium fehlt VD38

¹⁸⁶ am Rande De episcopis, primatibus et patriarchis eorumque ministerio O93; V630 (Vor Provintiae); N442; VD38 (Vor Provintie)

¹⁸⁷ legis korr. aus leges V630

¹⁸⁸ is I83

¹⁸⁹ erant I83

¹⁹⁰ confugiebant korr. aus confugebant V630

Ipsis¹⁹¹ ¹⁹² quoque in civitatibus vel locis nostri¹⁹³ patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges¹⁹⁴ divinae et¹⁹⁵ ecclesiasticae poni et esse iusserunt, ad quos
 145 episcopi, si necesse fuerit, confugerent eosque¹⁹⁶ appellarent, et ipsi nomine primatum¹⁹⁷ fruerentur et¹⁹⁸ non¹⁹⁹ alii. Reliquae²⁰⁰ vero metropolitanae civitates, quae minores iudices habebant²⁰¹, licet maiores comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui praedictis iuste oboedirent primatibus, sicut et²⁰² in legibus saeculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulae metropoles civitates suas provincias habeant,
 150 et suos metropolitanos²⁰³ habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant²⁰⁴ saeculares, primates tamen, ut²⁰⁵ praefixum est, et tunc et nunc habere iussae sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem, quibus necesse²⁰⁶ fuerit, releventur et iuste restituantur, et hi, qui iniuste opprimuntur, iuste refoermentur atque²⁰⁷ fulciantur, episcoporumque²⁰⁸ causae et summorum²⁰⁹ negotiorum iudicia²¹⁰ salva²¹¹ ²¹² apostolicae sedis
 155 auctoritate iustissime terminentur. Haec ab antiquis, haec ab²¹³ apostolis, haec a sanctis patribus accepimus, vobisque, ut postulastis, rimanda²¹⁴ et futuris tenenda temporibus mittimus, et reliquis

Quellen:

146-149: *Relique - fruerentur* sec. c. 12. conc. Chalc.

155-157: *Haec ab antiquis - mandamus* sec. c. 2. i. f., c. 3. i. f. conc. Carth (D). Cf. Clem. 70.

Rezeption:

149-158: *licet – intelligentiam*: Anselm v. Lucca VI,104; Polycarpus II.24.1.

¹⁹¹ Ipsi O93; I83

¹⁹² Ipsi quoque korr. aus Ipsi N442

¹⁹³ nostris N442

¹⁹⁴ leges korr. aus legis V630; legis N442; I83

¹⁹⁵ et fehlt I83

¹⁹⁶ eos I83

¹⁹⁷ primatum korr. aus primatem V630

¹⁹⁸ et non fehlt I83; et non alii fehlt VD38

¹⁹⁹ non fehlt I83

²⁰⁰ Reliqui V630

²⁰¹ habeant I83

²⁰² et fehlt V630; N442

²⁰³ metropolitanos] metropolitanos iudices V630

²⁰⁴ habeant korr. aus habeant O93; V630; habeant I83

²⁰⁵ am Rande an confirmata est VD38

²⁰⁶ neces I83

²⁰⁷ aque I83

²⁰⁸ episcoporum I83

²⁰⁹ summarum V630

²¹⁰ iudica I83

²¹¹ am Rande servata VD38

²¹² silva I83

²¹³ ab fehlt I83

²¹⁴ am Rande investiganda VD38

fratribus praedicanda ac²¹⁵ cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deteriores fiant dicente domino per prophetam: Ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam, quos rursus dominus detestatur dicens: Et tenentes legem nescierunt me. Nesciri ergo veritas se
 160 ab eis conquaeritur²¹⁶ et nescire se²¹⁷ principatum nescientium protestatur, quia profecto hi, qui ea, quae sunt domini, nesciunt, a domino nesciunt Paulo attestante²¹⁸, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc et psalmista non optantis animo, sed prophetantis mysterio²¹⁹ denuntiat dicens: Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Obscuratis²²⁰ ergo oculis dorsum flectitur²²¹, quoniam, cum²²² lumen scientiae perdunt, qui²²³ prae-eunt, sine dubio ad
 165 portanda peccatorum onera inclinantur²²⁴ sequentes. Hic ergo inter manus latronum et dentes furentium luporum utcumque versamur²²⁵.

Ideo et docere alios et nos ipsos, prout dominus dederit, providere debemus. Sane^{226 227} percussor²²⁸ ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos et omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit
 170 consolari in doctrina sancta et contradicentes redarguere, et recte viventes atque rectam fidem tenentes consolidare.

[H. 27] Illis ergo, qui dicunt, quod filius in eo minor est, quia propheta inquit: Verbum faciet

Quellen:

157-165: *ne - sequentes*, Greg. M. reg. past. I. 1. i. f. (2,3.) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 14.
 165f.: *Hic - versamur* Aug. serm 46. de past. no. 14. (5,232) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 12. Cf. Fab 11.
 167-171: *Sane - consolidare* sec. Hieron comm. ad Tit. 1 (9,431.) aut conc. Aquisgr. lib. I c. 10.
 172-205: *Illis - adventum*, Idacii Clari contra Varimad. lib. (p. 736).

Rezeption:

167-171: *Sane – consolidare*: GratianD. XLV, c. 18.
 172-209: *Illis – saeculorum*: Coll. Ans. ded. XII,3.

²¹⁵ ac korr. aus a O93; V630

²¹⁶ am Rande murmurat adclamat VD38

²¹⁷ se fehlt I83; VD38

²¹⁸ testante N442

²¹⁹ ministerio I83

²²⁰ Obscuratis korr. aus Obscuritatis V630

²²¹ inflectitur I83

²²² cum lumen] culmen I83

²²³ am Rande qui procedunt VD38

²²⁴ inclinatur VD38

²²⁵ am Rande habitamus VD38

²²⁶ am Rande Sane percussor O93

²²⁷ Si I83

²²⁸ precursor I83

dominus breuiatum universo orbi, ita respondendum divinis est testimoniis: Verbum breuiatum, quod dominus faciet²²⁹ super terram non imminutionem²³⁰ deitatis in filio dei significat, sed
 175 dispensationem susceptae carnis annuntiat, in qua²³¹ dispensatione non solum patre hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum Paulo apostolo attestante: Eum autem, inquit, modice minus quam angelis minoratum vidimus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et
 infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Et propheta inquit: Minorasti eum paulo minus ab
 180 angelis, gloria et honore coronasti eum, et ut verbum dei patris breuiatum non esse in filio doceamus, hanc ex²³² Isaiae prophetae²³³ volumine sententiam²³⁴ approbamus: Numquid adbreuiatus factus est sermo meus²³⁵ ²³⁶ aut parvus, ut non possim redimere? Aut non est in me virtus ad liberandum? dicit dominus omnipotens. Et iterum: Haec dicit dominus omnipotens: Numquid adbreuiata²³⁷ est manus mea, ut salvare non possit? Aut non potest vivificare cor humilium et
 185 spiritum contritorum? Et ut brachium patris, quae manus est, filium esse doceret²³⁸, intulit dicens: Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium et videbunt omnes fines terrae salutare eius. Nam et novissimo tempore²³⁹ hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore dominus pro redemptione nostra carnem²⁴⁰ suscipiendo²⁴¹ advenit, ut et illum, qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, et eos, quos in tenebris et umbra mortis captivos
 190 subegerat²⁴² ²⁴³, virtutis²⁴⁴ suae potentia in ipso parvo et²⁴⁵ exiguo²⁴⁶ temporis²⁴⁷ spacio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem, cum adhuc tempus haberent, incedere praemonebat: Pueri, inquit, novissima hora est, dum lucem habetis, ambulate in lucem²⁴⁸, ne vos tenebrae comprahendant. Et in canonicis apostolorum legitur epistolis: Filioli,

²²⁹ facit I83

²³⁰ immutationem I83

²³¹ quali V630

²³² ex fehlt V630

²³³ prophetiae V630

²³⁴ sententiam approbamus] approbamus scientiam V630

²³⁵ meus korr. aus meos VD38

²³⁶ meus aut korr. aus meus O93

²³⁷ adbreuiata korr. aus adbreata I83

²³⁸ docere I83

²³⁹ tempori I83; VD38

²⁴⁰ carne I83

²⁴¹ suscipienda I83

²⁴² am Rande subiugaverat VD38

²⁴³ subegerit I83

²⁴⁴ virtus VD38

²⁴⁵ et exiguo] exigui VD38

²⁴⁶ am Rande brevis VD38

²⁴⁷ temporis korr. aus tempore V630

²⁴⁸ luce VD38

novissima hora est, quia multi pseudoprophetae exierunt²⁴⁹ in hunc mundum²⁵⁰. Et Paulus apostolus:
 195 Tempus²⁵¹ enim breve est. Et iterum: Praeterit²⁵² enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia haec
 ad²⁵³ correptionem²⁵⁴ nostram facta sunt, in quos²⁵⁵ finis²⁵⁶ saeculorum²⁵⁷ obvenit²⁵⁸. Nam dominus
 in ipsa oratione dominica²⁵⁹ brevavi nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens pauca
 docuerit, quae pertineant ad salutem. Cum oratis, inquit, nolite multum loqui. Et infra: Vos autem,
 cum oratis, dicite: Pater noster, qui es in caelis, et cetera. Non enim propheta filium dei in hoc
 200 capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui
 etiam nunc per apostolos et²⁶⁰ apostolicos viros novissimo tempore loquitur: Ego, inquit, qui²⁶¹
 loquebar in²⁶² servos meos prophetas, ecce adsum. Et alius propheta: Sicuti est ab initio usque in
 saeculum, neque adiectum est ei neque minuetur illi²⁶³, quoniam ipse est dominus creaturae suae.
 Ecce quale²⁶⁴ verbum breviatum fecit dominus²⁶⁵ in orbem terrarum, non quia, ut illi putant,
 205 inferiorem patri intimaret²⁶⁶ hominibus filium, sed quia²⁶⁷ novissimum eius annuntiaret adventum.
 Si ergo, ut praedictum est, Aaron filii²⁶⁸ presbyterorum figuram gestabant et Aaron summi
 sacerdotis, id est episcopi, Moyses indubitanter Christi tenebat²⁶⁹ formam, quoniam fuit similitudo
 mediatoris dei, qui est inter deum et hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorum et
 verus princeps sacerdotum et dominus pontificum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum.
 210 Amen.

Quellen:

206-209: *Si - pontificum*, Isid.de off. II. 5.no. 4. aut conc. Aquisgr. 816. lib. I. c. 9.

²⁴⁹ exierunt *korr. aus* exerunt O93

²⁵⁰ modum O93

²⁵¹ apostolus: Tempus enim breve est. Et iterum *korr. aus* apostolus V630

²⁵² Praeteriit V630; Praeriit I83, Preteriet VD38

²⁵³ *am Rande* ad increpationem sive admonitionem VD38

²⁵⁴ correctionem V630

²⁵⁵ quo N442; I83; VD38

²⁵⁶ finis *korr. aus* fines O93; fines V630

²⁵⁷ saeculorum *korr. aus* saeculorum de I83

²⁵⁸ obvenerunt V630

²⁵⁹ dominica *fehlt* I83; VD38

²⁶⁰ et] et per I83; VD38

²⁶¹ quid VD38

²⁶² in] per in VD38

²⁶³ illi *fehlt* I83

²⁶⁴ qualem VD38

²⁶⁵ dominus] dominus super VD38

²⁶⁶ *am Rande* designaret VD38

²⁶⁷ quis *korr. aus* qua VD38

²⁶⁸ filii presbyterorum figuram gestabant et Aaron *fehlt* I83; VD38

²⁶⁹ tenebat *korr. aus* tenebant VD38